





A

et diligenter memoriam datur, quia avunculus  
nihil aliud fecerat, et non solum in  
scriptis, sed etiam in operibus, et in conseruatis  
memoriam suam ostendit.

Q. B. V.

**AD ORATIONEM**  
DE CAVSSIS  
QVIBVS FIERI VIDET VR

**VT MVLTI SCHOLARVM**  
**MAGISTRI**  
DIVTISSIME IN TERRIS  
AGANT  
**CRAS PERACTIS IN TEMPLO**  
SACRIS  
HORA ANTE MERIDIEM

VIII.

BENIGNE AVDIENDAM

OMNES QVI LABORIBVS  
SCHOLASTICIS FAVENT  
RECENSITIS QVIBVSDAM  
SCHOLASTICAE PVBLIS  
FORMATORIBVS  
QVI DIVTISSIME VIXERVNT

EA QVA PAR EST RATIONE

INVITAT

**M. IO. GEORG. Schulze**  
SCHOLAE CATHEDRALIS RECTOR.

**NVMBVRGI**  
LITTERIS BOSSOEGELIANIS

43

AK



Vm viuendi ratio, quam scholarum magistri sequuntur, ita sit comparata, vt iudicio artis salutaris peritorum, ad fata illis ante diem acceleranda pertineat: singulare diuini amoris signum videtur, quod multi eorum, laboribus licet molestiisque stipati assiduis, diuturna vitae vsura salui incolumesque perfruuntur. Quis enim adeo historiae litterariae est ignarus, qui nesciat, omni tempore, per vniuersam Germaniam, extitisse pubis scholasticae formatores, qui vitae diuturnitate ceteris mortali bus longissime antecellerent. Vnde factum est, vt praefantissimi viri, operae pretium se facturos, existimarent, si homines de schola, aetate longissime proiectos, pro suo quisque instituto, ordine recenserent. Praefitit hoc magna cum laude GEORG. HENRICVS GOETZIVS in epistola, de theologo semi seculari, data a. 1510ccviii. ad IO. GODOFREDVM OLEARIVM, cumis anno superiore diem dominicam I. aduentus festam habuisse, quod ante quinquaginta annos eodem sacrum munus aupsicatus fuerat. Bene etiam hoc argumentum perfecuti sunt ALTMANNVS et ROLLIVS, quorum ille de *senio eruditorum*, hic de *eruditis anno climacterico maximo denatis* commentatus est. Propius ad scholas accepit IO. CHRIST. KOCH, qui, datis a. 1510ccx. ad Frisi um, con-rectorem Altenburgensem, litteris, decadem virorum in scenam produxit, qui semi seculum fere in munere scholastico contruerunt. Nos, post aliorum messem longe vberimam, tenue instituentes spicilegium, pro instituti ratione, chartaeque spatio, aliquos saltē eorum in medium adferemus, qui in puluere, vt loquuntur, scholastico desudantes, ad annos quam plurimos vitam produxerunt. Primum autem inter eos locum iure veluti sibi vindicare videtur HIERONYMVS VVILDEBERGIVS, scholae Goldbergensis in Silesia rector, quem, in Borussia postea centesimum aetatis annum attigisse, credi, auctor est BALTHASAR RAV in oratione, qua vitam, res que praecclare gestas VALENTINI FRIDLANDI TROCEDORFII, qui in illius locum, interposito tamen aliquo temporis intervallo, successerat, luculenter exponit. Cui ideo non immerito ipsum VALENTINVM FRIDLANDVM, a patria *Trocedorfium* dictum, iungimus, quod annos natus LXVII. mortuus est, cum Goericensis scholae collega ordine insimus, sed meritis primus, per aliquot annos, Goldbergensis vero, rector, per XXXIII. annos, fuisset. In quo singulare hoc et animaduertendum videtur, quod coelebs, per tantum temporis spatium, in summa rei familiaris angustia vixit; cum tamen tot habuerit discipulos, vt exillis, in vnum locum congregatis, iustum exercitum, aduerlus Turcas, in aciem producere potuerit. Quem non annorum tantum numero, sed felicitate etiam perpetua superauit IO. BOHEMVS, scholae Crucianae Dresdenis rector longe celeberrimus, qui, cum XXXVIII. annos, iuuentutem scholasticam

sticam partim Halaе, vbi secundi scholae magistri partes XII. annos peregerat, partim Dresdae felicissime docuisset, inque coniugio cum Elisabetha Praetoria LI. annos concordissime vixisset, anno aetatis LXXVII. diem obiit suum premium. Cui singularem nominis celebritatem conciliauit discipulus summus, princeps in spem Saxoniae natus, IO. GEORGIVS II. qui operam eius, qua vobis est in addicenda Hebraea lingua, magnis praemis compenfauit. Imo et aliorum beneficorum hominum liberalitatem expertus est, a quibus non semel centum florenos muneri sibi datos esse, ipse in scriptis suis pasum testatur. Ex quo apparet, Bohemum scholarum magistris adscribendum esse, qui non solum aetate longissime processerunt, sed secundisimis etiam semper rebus vbi fuerunt; quippe cui fortuna simpliciter indulgere visa est, non amplius solum opibus in eum collatis, sed et Maecenatum fauore ad finem vique vitae illi conseruato. Quam sententiam de eo *Egenofius*, qui in numero scholastico illi successit, in programmatibus scholasticis, et GOETZIVS in principe *Hebraice dozo* iam dudum tulerunt. Huc etiam referendum esse CHRISTIANVM DAVMIVM, Zwickauensis scholae rectorem, negabim nemo, cui constat, cum ad summam fere senectutem vixisse, et tandem, cum LXXVI. quasi annos confecisset, ex vita excessisse. *Iohannii certe Casp. Loscheri*, qui eius, praceptoris olim sui, memoriam in dissertatione publica Virensbergae renouauit, accendens videtur eruditis, quibus longior obtigit vita; ex quibus praecepit, eius quidem sententia, memoria digni sunt *Nicolaus Casimus*, *Ludovicus Richomius*, *Henricus Satiens*, *Ioannes Zechendorffius*, *Ludovicus Septalius*, *Leo Allatus*, *Ludovicus Summarthanus*, *Jacobus Pontanus*, *Iulius Pacius*, *Melchior Sebizius*, *Theophilus Raynaudus*, *Scipio Claramontius*, *Gisbertus Voetius*, *Petrus Molinaeus*, *Thomas Hobbes*, *Robertus Constantinus*, et qui ad centesimum aetatis annum peruenit, *Io. Lopezius*. Et quidem quod ad IO. ZECHENDORFFIVM attinet, restitutus est LVDOVICI in historia scholarum, eum mortuum esse a. cr. 1551. natum annos LXXXI. menses, VI. hebdomadē I. dies II. cum vobis ad vitam finem gauisus esset, auditu aliquatenus debilitatus, Confectus autem licet senio esset, noliuit tamen sibi adjungi vicarium; in quo morem ei gerere non potuerunt scholae curatores, qui *Daumio*, de quo ante dictum, discipulo, postea collegae eius, rectoris partes peragendas traxiderunt. Ne tamen interim nihil agere videatur *Zechendorffius*, in area scholae obambulans, obseruauit, quomodo alumni suo fungentur officio, quibus praefentia affectusque sensus illius capularis magnum iniecit timorem. Per totidem ferre annos fasces scholae Weissenbornensis in Franconia tenuit GE. MICHAEL NONDINGVS; octogenario certe maior decessit, cum partes rectoris de pube scholastica optime expleuisse. Viuaciores etiam inter scholarum magistris referendus videtur *Samuel Schmidius*, illustris Quedlei rector, qui, postquam per XXXXVII. annos, Sifyphi faxum in schola voluisset, anno aetatis LXXV. in coelestem academiam fuit evectus. In historia profectorum rectorum scholarumque, quae opera *Ludouici* prodit, commemoratur *Schmidius* omnes ante se rectores aetate, mutuusque administrati annis superauisse. Neque perperam faciemus, si scholarum magistris, qui longissimum vitae spatium peregerunt, adscribemus *Io. Sturmium*, qui, per LI. annos, praeclaram Argentoratensisibus, in instituenda iuuenientia, nauavit operam, et anno demum aetatis octogesimo primo fatis concessit; licet, eius maxime opera, schola illa, cui sapientissime praefuit, in academiam postea abiexit. Neque externa nobis exempla anxie conquirenda sunt, vt demonstremus, hanc felicitatem scholarum magistris, diuino beneficio, prae reliquis mortalibus, obtinere, vt diuturnam agant vitam; cum domestica eius rei nobis suffpetant quam plurima. Constat enim, *Io. Zbelium*, Numburgensem, in schola primum patria conrectoris et rectoris munus sustinuisse, postea ad clavum scholae Budisfinensis tendendum fuisse adhibitus, et, cum, per XXXXXIII. annos, doctorem egisset scholasticum, anno aetatis LXXI. placidissime obdormiuuisse. Eo vero minus mirum videri debet, illum tam diu viuere portuisse, cum sciamus, eum adeo forte sua contentum fuisse, vt DEO conceptis verbis gratias egerit maximas, quod sibi non aliud, quam instituenda pubis scholasticae, munus demandare clementem.

mentisime voluerit. Eumvero, et munieris laudabiliter gesti, et vitae inno-  
center actae, diurnitatem *Io. Zoepfius* superauit, qui vnum annum secundi in  
illustri Rutherfordo magistri prouinciam cum administrasset, in schola patria, per  
XXXXV. annos, rectoris partes ita expleuit, ut anno aetatis LXXV. mori-  
ens, tristissimum fui desiderium omnibus relinquenter, qui meritata viri in scho-  
lam patriam maxima aestimare potuerunt. Decus etiam et ornamentum  
Numburgo nostro atrulit *ELIAS FRANCUS*, quem, tertii Gymnaſii Islebiens-  
is magistri, nondum per vnam, rectoris vero eiusdem, per XXXXIII. annos,  
partibus magno cum fructu peractis, anno aetatis LXXI. mortuum esse, acce-  
pimus. Neque inferiorum ordinum, quos clas̄es vulgo vocant, magistros  
diurnitatis vias expertes esse solere, confirmat exemplum *Io. Hoselius*, qui  
quinti, cantoris, quarti et tertii collegae munus, in gymnaſio curienti, per LII.  
annos, diligentissime gesit, mortuoque anno aeratis LXXXVI. a sacerdotibus  
suis quondam discipulis, honorificissime elatus est. *Georgium etiam Schroe-  
terum*, per XXXXVII. annos, teneros puerorum animos saluberrimis formasic  
praecipit, testis est Kochius loco, superius a nobis citato. *Lucam Losium*,  
collegam illum fideliem Hartmanni Tulichii, felicem instituendae pueritiae  
magistrorum, per L. et amplius annos de schola Luneburgensi praecellere meritum,  
et anno aeratis LXXXVII. mortuum, auctor est notissimus ille vitarum scriptor,  
Melchior Adam. Elias VViesius cum, per XXXX. annos, in gymnaſio Zir-  
tauensi, molestissimos pertulisset labores, honestissimum tandem a senatu mis-  
sionem imperavit. Quodsi etiam mente et cogitatione omnes, per viiu-  
fam Germaniam, scholas perlustrabimus; nullam facile inueniimus, quae non  
vnum aut plures adlegare posse praecceptores, longissime aetate prouectos.  
Ita gymnaſium Gothanum proferet *Andreas Reyberun* et *Georgium Hessum*  
quorum ille per XXXXI. hic per LVII. annos litteris iuuenes ad virutem pariter  
ac eruditioem formauit. Stetinensis nobis sitet *Valentinum Loleium*, qui  
cum L. annos iuuenum animos litteris perpolitiuerat, tandem aetatis veniam  
a magistratu confeccurus, a Matis fert, ex aureis numis conflato, ornatus fuit.  
Vratislavieni Elifaberhanum *Martinum Hanckium* oculis nostris exponer,  
quem anno aetatis LXXVI. animam ex halafe, noua literaria anni c. id. oct.  
significarunt. Magdalenaum vero *Io. Fechnerum* ostentabit, quem annos  
natum LXXXII. viuenti finem fecisse, testis est *Rollius*, superius iam allegatus.  
Budistinenie iactabit, praeter *Theilium*, de quo iam dictum, *IO. ROSENBER-  
GIVM*, quem, per XXXXVIII. annos, scholasticos exandafles labores, exponit  
Kochius loco, saepius citato. Goslariensis schola suppeditabit nobis *IO.  
NENDORFFIVM*, qui, per XXXXVII. annos, et *Franciscum Hagium*, qui per  
LII. annos, scholastici muneri molestias aequissimo animo deuorarunt.  
Quorū autem haec? vi intellegamus, ne vilium quidem ex omnibus schola-  
rum magistris, qui in medium adlati sunt, cum *FRIDERICO BERGERO*,  
scholae nostrae cathedralis rectore longe meritisimo, nunc diu, vel muneric,  
quod suffinit, diurnitate, vel vita, quam egit, longinquitate, comparari  
posse. Statim enim ab initio scholae moderatoris muneri admotus, per LXVII.  
annos, illud maximo cum fructu administravit, tandemque anno aetatis  
LXXXVI. mortuus est, per tantum vitae spatum, non nisi semel medici ope-  
ra vasis. Id quod nobis occasionem praebere visum est inquirendi in caufas,  
quibus fiat, ut scholartum magistris, praeterea reliquis mortalibus, ad ultimam se-  
cūtūm vitam propagare possint. Quas cum inueniisse videremur, dignae no-  
bis vīas sunt, de quibus publice verba fierent. Atque hoc argumentum erit, de  
quo *Io. Andreas Fernschild*, Numburgensis, scholae nostrae alumnus probus et  
diligens, exponet prius, quam illis omnibus, a quibus adhuc beneficiis ornatus fuit,  
gratias ager, quam poterit maximas. Quibus autem votis precibus  
que diſcedentem prosequantur condiscipuli, voluntatis eorum interpres. *Chris-  
tian. Frider. Roeder*, Numburgensis, et abeuntis frater, hic carmine germanico,  
ille sermone latino, numeris soluto, exponent. Quibus igitur Bergeri no-  
men, pro eo ac aquitas poſtulat, sanctum est et venerabile, illi precibus nostris  
locum relinquent, dieque craftini hora ante meridiem VIII. frequentes intere-  
runt orationi, quae in honorem eius memoriamque habebitur, P. P. Num-  
burgi pridie id. april. a. c. id. oct. XXXXI.

78 M 496



TA-DO

K018

b7



A

Q. B. V.

**AD ORATIONEM**

DE CAVSSIS

**QVIBVS FIERI VIDETVR****VT MVLTI SCHOLARVM  
MAGISTRI**

PIVITISSIME IN TERRIS

CRA

B.I.G.

O

R

C

Farbkarte #13

Centimeters	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Blue																			
Cyan																			
Green																			
Yellow																			
Red																			
Magenta																			
White																			
3/Color																			
Black																			

N TEMPLO

RIDIEM

NDAM

BORIBVS

AVENT

BVSDAM

PVVIS

IXERVNT

TIONE

Schulze

RECTOR.

G I

LIANIS.